

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 929

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (trésorier)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1154

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri Plantagenêt, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, notifie une enquête faite à Caen au sujet de la maison en pierre du trésorier Conan (ou Conon), à Bayeux, et la cession de cette maison au nouveau trésorier de Bayeux et, après sa mort, à l'évêque, jusqu'à ce que les héritiers de Conan aient payé, à l'un ou à l'autre, la somme de trois cents marcs d'argent que Conan devait au roi Henri Ier Beau-Clerc, et que l'évêque Richard avait remboursée.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXXXVIII, t. 1, p. 166-168.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXXVI\*, t. 1, p. 81-82.

## Dissertation critique

Avril-décembre 1154, datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

Henricus, dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, Hugoni, archiepiscopo Rothomagensi, et omnibus episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, et omnibus fidelibus suis et amicis Normanniæ, salutem. Sciatis quod, quando dominia mea de Baiocis Cadomi recognita sunt, per sacramentum legitimorum hominum, quomodo tempore Henrici regis fuerant, inter cætera ibi recognitum fuit quod rex Henricus, post mortem Conani, thesaurarii, domum ejus lapideam, cum toto masuagio, et virgultum ejusdem Conani, quod est extra murum Baiocarum, in dominio suo habuit propter trecentas marcas argenti, quas idem Conanus ei debebat, in die qua fuit vivus et mortuus. Prædictam vero pecuniam Ricardus, Baiocensis episcopus, postea regi reddidit, et rex concessit ei domum et virgultum prædictum, cum pertinentiis, tenenda, donec prædicta pecunia a justo Conani hærede episcopo redderetur. Quapropter ego, consideratione baronum meorum, prædictam domum, et virgultum cum pertinentiis, Philippo episcopo, qui de jure suo illam esse dicebat, libere reddidi et concessi tenenda sibi, vel illi cui ea daret, donec pecunia prædicta a justo Conani hærede episcopo, vel illi reddatur cui ea dederit. Quare volo, et firmiter præcipio, quod Willelmus de Herowcur... (?), thesaurarius, cui episcopus prædicta donavit, domum

illam, et virgultum cum pertinentiis, bene et in pace, integre et honorifice, tota vita teneat, nisi sibi interim pecunia præfata reddita fuerit a justo Conani hærede ; post obitum vero Willelmi, domus, et virgultum, et pertinentia, in jus cujusque episcopi Baiocensis redeat, et sic illa Baiocensis episcopus possideat, donec a justo Conani hærede pecunia supradicta sibi reddatur. Testes vero recognitionis Cadomi factæ, et redditionis ibidem factæ episcopo, consideratione baronum, hii sunt: Ricardus de Humez, constabularius ; Ricardus de Haia ; Willelmus, filius Johannis ; Man... Biset, dapifer ; Guar..., filius Ger.... camerarii (?) ; Robertus de Dunstanvilla ; Jocelinus de Baill... ; Eudo, filius Goob... ; R..., filius Exuperii ; G..., filius Malib... Testes donationis thesaurario factæ, et cartæ, sunt : Mathilda, imperatrix ; Arnulfus, Lexoviensis episcopus ; Man... Biset, dapifer ; Guar..., filius Ger... camerarii (?) ; Robertus de Dunstavilla ; Jocelinus de Baill... ; apud Rothomagum.